


u. 29. vesp. In gloss. An. cam validissimis rationibus defendit, licet quæ ex est possit, quia cum in hoc capitulo corrigatur pena suspensio, quæ erat inducta in injuriam, id est, ut Archidiaconus interpretatur in d. c. Neminem, in ignominiam ordinatoris, ubi ordinator non fuit in aliqua culpa, & ordinatus dolo, & fraude confecto titulo ordinatore fecerit, consequens est, ut correctio pœnæ juris veteris non extendatur ad casum, in quo non militat ratio correctionis, id est, ubi nihil est, quod impeteret ordinanti, sed soli ordinato. Et hanc sententiam post Tridentinum Concilium, & in ipsius Concilii terminis sequitur, & rationibus à Decio desumptis tuetur Navar. cons. ult. de tempor. ordinan. Quod si ab ea recederemus, Concilium facile eluderetur, quia si nulla esset pœna suspensio in hujusmodi ordinatum, qui fraudem commisit, facile esset cuiquam confectis titulis absque vero titulo promovendi, & obtenta abolitione in foro conscientie illo impedimento in Ordinibus susceptis minuitur, quo pacto nulli ad sacros accedere possent absque titulo, & postea contra mentem Concilii cum ordinis dedecore menderent.

Non obstat quod Imola, & Abbas in d. c. Non liceat, contrarium sentiant; quia præterquam quod Imol. non satis clarè explicat quid sentiat, contra eos stand Anton. & Decius & firmiores rationes à Decio collectæ, qui omnibus Abb. rationibus præ se satisfaciunt.

Item non obstat, quod Imola reseretur de communi opinione in oppositum, ut illum citat Decius, ubi supra. Nam respondetur Imolan non affirmare in hoc articulo contrariam opinionem esse communem, sed tantum quod Doctores communitè sequuntur gloss. fin. d. c. 1. Non liceat, quæ articulum nostrum nec examinat, nec attingit. Imò gloss. potius facit pro hac opinione, dum ait per hoc cap. esse correctum, quod statutum erat in odium ordinatoris; quasi à contrario

sensu velit non esse correctâ jura vetera quoad pœnata, quæ non odium ordinanti, sed ordinati delictum respiciant, & ita glossæ, quam Doctores sequuntur, auctoritas ponderata huic nostræ opinioni favet, ut etiam videtur perpendisse Decius, qui insinuat opinionem Anton. de Butr. in illa gloss. esse fundatam; & postea ibi confirmando hanc opinionem, dicit opinionem glossæ esse communem. Quæ ratio validius confirmatur ex eo quod Sacri Canonæ præ oculis habebant ne in opprobrium Cleri mendicaret per plateas infelix Clericus, Turcrem. & alii in d. cap. Neminem nu. 1. & traditur in cap. Diaconi sunt 93. dist. & in cap. Postulasti supra de rescriptis, id autem inconveniens duobus modis vitatur; Primo statuendo pœnam suspensiois in promotum sine titulo; non enim erat in consideratione, quod mendicaret ex quo non habebat ordinis executionem, ut perpendit Decius in d. c. non liceat in fin. Secundo abrogata hac pœna, aliam ejus loco subiiciendo, ut scilicet menta Episcopalis ad eius alimenta teneretur, adeo semper providè occurrunt fit à sacris Canonibus huic periculo mendicandi cum totius Ordinis vituperio. Hoc autem absurdum remaneret in Clerico ordinante decipiente, si jura antiqua etiam quoad ipsum essent correctâ, & à Concilio Tridentino non innovata; quia ipse sine titulo ordinatus nec esset suspensus, nec à menta Episcopali alimenta petere posset, & ex consequenti ordinatus ad sacros, habens executionem officii cogere quæret eleemosinam, quod raturerit & S. Canonis, & Trident. Concilium sunt detestati. Die 27. Novembris 1610. S. Congregatio Concil. proposito supradicto dubio, omnium sententis consiliu hoc casu pœnam suspensiois ante Concilium non fuisse correctam, & hodiè à Trident. Conc. esse innovatam, & propterea hujusmodi Clericum, qui adhibito dolo, confectioe titulo ordinatore decepti, esse ipso jure suspensum, careque ordinum executione.



# DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

Idem Innocentius III. Episcopo & Cantori Tornacenn.

## CAPUT XVIII.

Cum jamdudum: & infra. Verum quoniam ab R. Siclunn. Canonico, J. de Bitinia quædam objecta fuere, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium, cui nondum finem imponens, contra definitionis nostræ tenorem, & Lateranenn. statuta Concilii ad obtinendam Præposituram Siclunnenn. se ingerit & ingressit, & quoddam die intrusionis suæ ante confirmationem præsumpsit ministrare; sicut & post confirmationem cassatam. Mandamus, quatenus si inveneritis prædictum J. habere plures alias dignitates, atque præbendas; aut aliquid aliud præmissorum, quod ad cassationem ejus sufficiat, inveneritis esse verum; ei super jam dicta præpositura silentium imponatis, ad impetitione ipsius Siclunnenn. Ecclesiam abvolventes. Cum multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente justitia, non debeant tolerari.

## SUMMARIUM.

- 1. Opponenti plura contra electum sufficit alterum probare quod ad cassationem sufficiat.
- 2. Dignitates plures obtinere absque dispensatione Apostolica intelligibilis est, & inhabilis ad beneficia obtinenda.
- 3. Intrusus est qui ingressit se administrationi ante confirmationem vel præter auctoritatem ejus, ad quem spectat, etiam si præcessit electio.
- 4. Administrationi se intrudere ante obtentam confirmationem, & rursi confirmationem cassatam paria sunt.
- 5. Cassatio deducit rem de esse ad non esse.
- 6. Confirmatus potest libere administrare, etiam si de viribus confirmationis in iudicio disceptatur.

- 7. Dummodo à confirmatione appellatam non fuerit aliud secus.
- 8. Probare sufficit unum ex pluribus copulativè in rescripto narratis vel in iudicio deductis, si quilibet per se sufficiat ad fundandam intentionem impetrantis vel ad victoriam causæ.
- 9. Nisi quis se astinerit ad omnia probanda, quod in dubio non presumitur.
- 10. Clausula non tenet adstringere volens ad omnia probando quid operetur.
- 11. Disceptatio tacita non inducitur ex simpliciter tolerantia Papæ in his quæ sunt contra jus.
- 12. Tolerantia Papæ non operatur ut paralis iustitiam possideat, sed

- 13. Præbendarum seu Beneficiorum simplicium pluralitas, an de jure communi sit prohibita necne, & num. seq. usque ad num. 31.
- 14. Et quid ex Concilio Tridentino num. 31. & seq. usque ad num. 46.
- 15. Canonici & Præbendati absque dispensatione quis potest esse in pluribus Ecclesiis etiam diversorum Episcopatum secundum opinionem Innocentii, & n. seq. & n. 32.
- 16. Intellectus hujus cap. & num. 31. & 32.
- 17. Beneficiorum simplicium pluralitas ante Concilium Tridentinum erat permissa ex generali consuetudine & n. 30.
- 18. Præbendas plures in titulum nemo potest habere, nisi habeat ab eo qui omnia potest, secundum opinionem Hoff. & num. 33.
- 19. Canonici de jure communi sunt adstricti ad personalem residentiam.
- 20. Præbenda singula requirit singulos actus & ministros.
- 21. Intellectus, c. De multa, i. fa. cod.
- 22. Dicitur una absolutio est, ut respectu unius determinabilis sit alterativè & respectu alterius copulativè.
- 23. Præbendatus non Canonici, vel Canonici non Præbendatus, an quis possit esse in pluribus Ecclesiis & num. seq. 34. & 41.
- 24. Canonici in una Ecclesia & Præbendatus in alia tenetur servare statuta Ecclesie, in qua est Canonici ibidem.
- 25. Avaritia notatur magis in pluralitate præbendarum quam Canonatuum.
- 26. Præbendarum stragata multitudo prohibita est & num. 33. & 35.
- 27. Beneficia plura personalem residentiam requiruntia sunt incompatibilia.
- 28. Beneficiorum pluralitas an sit tantum inhabita quoad pecuniam in foro antea, an verò etiam quoad pœnam in foro fori & num. 37.
- 29. Beneficia confecta non debent, nisi sufficientia ad congruam Clerici sustentationem.
- 30. Consuetudo generalis plura beneficia sine cura obtinendi absque dispensatione, an excuset à peccato.
- 31. Tridentinum auctoritas num. 24. c. 17. de beneficiorum pluralitate expenditur & num. seq. usque ad num. 38. & num. 57.
- 32. Beneficium unum tantum ex Concilio Tridentino regulariter est singulis conferendum etiam S. R. E. Cardinalibus & num. 60.
- 33. Canonici & Præbendati in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, cum habent personalem residentiam requirunt, sunt incompatibiles.
- 34. Beneficium insufficienti obtinenti potest Ordinarius conferre secundum, sed non ultra duo, & n. 45. & 71.
- 35. Beneficium sufficienti obtinenti, nec in titulum, nec in commendam licet obtinere secundum.
- 36. Beneficia plura personalem residentiam requiruntia sunt hodiè incompatibilia, siue aliam requirant ratione cura animarum siue ratione servitii.

- 39. Beneficia incompatibilia propter residentiam ratione cura quæ sint.
- 40. Et quæ ratione servitii, num. 42.
- 41. Vicarius amovibilis indicat curam animarum esse per se Rectorem.
- 42. Parochialis accessoria unica non est incompatibilis cum alia Parochiali.
- 43. Beneficium sufficienti obtinenti non potest Ordinarius conferre secundum, etiam insufficienti.
- 44. Beneficium insufficienti obtinenti, an possit ab Ordinario conferri secundum, quod per se sit sufficienti & num. 55. & seqq.
- 45. Beneficia duo obtinenti non potest auctoritate ordinaria conferri tertium, etiam si omnia simul sint insufficientia & num. 71.
- 46. Dissensare an possit Episcopus super pluralitate beneficiorum simplicium.
- 47. Quid si beneficia existant in diversis Ecclesiis & n. 49.
- 48. Et quid si in eadem Ecclesia, num. 50.
- 49. Et quid post Concilium Tridentinum, & num. seq.
- 50. Beneficium sufficienti habenti si Ordinarius aliquid conferat, an collatio sit nulla, an verò ad ea pars sit sufficienti sessione secunda vacet primum ipso jure & num. seqq. & num. 56.
- 51. Conferatur, verbum qualiter sit accipiendum, & num. 54. & 70.
- 52. Vicarius qualiter admittit debet supplicat ones illas, quibus habens Parochialem vel simplex sufficienti perit sibi aliam Parochialem, vel aliam simplex.
- 53. Beneficium obtinens quod per se sufficit, presumitur moveri ad impetrationem secundi, ex amovibili & avertibili, sed non contra.
- 54. Canonatum & officium habenti in eadem Ecclesia quæ ex sanatione incompatibilia sunt, si Episcopus Canonatum alterius Ecclesie contulerit, an collatio secundi Canonatus sit verita necne & num. seqq. usque in fin.
- 55. Beneficia duo incompatibilia obtinens ante Concilium Lateranense habebat optionem alterum retinendi ex eadem Concilio debet servare secundo. Post Concilium vacabat primum & post Execrabilem, primum illud erat amittendum.
- 56. Intellectus, cap. Ordinarius, §. in conferendis de offic. Ordinari. lib. 6. & num. seqq. num. 67.
- 57. Collatio tertii beneficii incompatibilis de jure communi est nulla, & num. 64.
- 58. Et quid in tertio beneficio, quod etiam esset compatibile de jure, effectus est tamen incompatibilis ex Concilio Tridentino, vel ratione numeri, vel ratione servitii, ibid. & n. seqq. & n. 67. & seq.
- 59. Beneficia duo incompatibilia obtinens etiam ex dispensatione inhabilis est ad aliud simile assumendum, & numer. 66.
- 60. Beneficia duo compatibilia ex lege foundationis, non censentur incompatibilia respectu tertii.
- 61. Dissensatio ad duo incompatibilia nihil operatur respectu collationis tertii beneficii.
- 62. Collatio tertii beneficii incompatibilis vigore statuti non inducit vacationem aliorum incompatibilium.

Cum jam dudum Opponenti plura contra electum sufficit alterum probare quod ad cassationem sufficiat: Hoc dicit secundum Joan. Andr. vel specialiter secundum Abb. Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates, atque præbendas & idem si demerit aliquo vitio sic scripto. Dividitur secundum Hoff. in tres partes. Præmo positæ sex quæ opponuntur contra electum secundum definitionem questionis conditionalem. Tertiò antiprophoriam. Secunda ibi, *mundamps. Tertia ibi, Cum multa.*

Nota primò ibi, *Multitudo.* Obtinens plures dignitates, vel personatus esse intelligibilis & inhabilis ad beneficia obtinenda, ut hic & in cap. Ordinaris de officio ordinari. lib. 6. & in cap. Dubium, il. secunda supra de electione & in Extravag. Execrabilis, §. Qui verò deinceps, de præben. & hic vocant Imol. n. 7. & Abb. n. 2. Quod intellige nisi habeat dispensationem Apostolicam d. c. Datum verq. Injures, & c. De multa, §. Circa infra cod. secundum Bernar. hic in primis. Hoff. in primis in ver. Præbendarum, Joan. Andr. n. 2. Butr. n. 9. & Imol. n. 12.

Secundo nota ibi, *Die intrusionis jure.* Intrusum esse qui ingreditur sed administrationi ante confirmationem; & sic sine titulo vel præter auctoritatem ejus ad quem spectat, etiam si præcesserit electio quod notabilis secundum Abb. num. 4. post Butr. cod. num. & Imol. num. 6. Quippe nemo debet sibi honorem assumere, & c. & c. Qualiter supra de elect. & ex hoc quilibet redit se suspectum, l. Quæ omnia, ff. de Procur. & l. Si quemquam, cod. de Episc. & Cleric. secundum Holtent. hic n. 2. Qui proprie dicantur intrusuli, & quot sint illorum species dixi in c. Nisi cum prædem à n. 26. supra de renunc.

Tertiò nota ibi, si ut & post, paria esse administratione se intrudere ante obtentam confirmationem & post confirmationem cassatam. Et merito, quia cassatio hujusmodi dicitur rem de esse ad non esse; & perinde est, ac si confirmatio non præcessisset, l. Si pro parte, §. Verum, ff. de in rem verq. c. Cum accessisset supra de causis. Unde ex utroque vitio pariter qui rediit intelligibilis, ut hic patet & notant Holtent. n. 2. Butr. n. 5. & Imol. n. 8.

Quarto nota ibi, post confirmationem cassatam, argumentum optimum, quod post confirmationem, de cuius viribus in iudicio disceptatur, potest quis libere administrare. Quod efficaciter hic probatur per argumentum à contrario sensu. Nam cum textus dicat non licere se administrationi ingerere post confirmationem cassatam: e go à contrario prius quam cassata fuerit & sic etiam si de illa disceptetur in iudicio, bene licet se ingerere. Hoc tamen intelligunt & declarant Doctores ut locum habeat, quoad à confirmatione nos extitit appellatum; quia tunc in administrat & est in possessione, removeri non potest nisi per viam denunciationis, vel accusationis. Facti quod habetur in c. Constitutus supra de appellat. & in c. Accidens inf. de accusat. Secus si à confirmatione appellatum fuerit; quia tunc appellatio pendente administrare non debet, cum per eum confirmatio sit extincta. Ita declarat gloss. in c. Avaritia, §. in ver. Infirmatur, d. de h. lib. 6. dicens ita fuisse olim disputatum & terminatum Bononie, per leg. Reus, §. Eum contra quem ff. de maner. & honor. & sequuntur hic Petr. Anchar. in not. Imol. n. 8. & Joan. de Anan. n. 3.

Quinto nota ibi, *Plures alias Dignitates atque Præbendas,* 7

nec addidit sufficiens una cum primo, sed solum dixit sufficiens, & sic videtur intellexisse de alio, quod per se sufficit; cum præsertim agatur ad effectum inducendi privationem primi beneficii per affectuionem secundi. Unde in constituta sufficientia secundi beneficii conjungi non debent fructus insufficientes primi, quia in materia penali summe non coercantur, & quinquaginta & quinquaginta non sunt centum, ut notat Bart. in l. Fidejussor. in princip. ff. de solut. & dicit in cap. Insuante, n. 34. infra qui Cleric. vel vov. Et est communis theoria, quam pluribus exemplis exornat Alex. conf. 113. incip. Viso themate numer. 3. & seqq. lib. 5. Nec obstat si dicatur, Mens Concil. fuit; ut Clericus ex fructibus unius, vel alterius beneficii Ecclesiastici non habeat nisi honestam sustentationem; & quemadmodum non permittit, ut qui habet unum sufficiens, possit obtinere secundum etiam insufficientem, ut conclusum est in præced. quest. ita è converso non censetur permittisse, ut qui habet secundum sufficiens, possit illud retinere cum primo insufficienti, arg. c. Inferior, cum gloss. in ver. Hinc 2. dist. Id inquam non obstat, quia inter utrumque casum considero magnam esse rationem diversitatis: nam qui habet primum sufficiens, cum jam habeat congruam sustentationem, videtur moveri ad imperationem secundi ex avaritia, & ambitione, quæ sunt præcipue cause prohibitionis pluralitatis, ut hic patet, & notat Innoc. n. 3. vers. Quod enim. At qui habet primum non sufficiens, justè appetit secundum ad sui honestam sustentationem. Et quamvis ex accidenti contingat, ut secundum per se sufficiat: tamen appetendo illud non peccat, cum hoc faciat Concilii autoritate c. Qui peccat 24. q. 3. nec recipiendo secundum sufficiens debet incidere in penam privationis primi insufficientis; quia cum lex hoc permittat, quod legitime factum est nullam penam meretur, dicit text. in leg. Græchus, C. ad l. l. de adult. gloss. 1. in c. 2. de consuet. gloss. in cap. Nihil in verb. Etatis, de elect. Præterea si habens primum insufficientem non possit obtinere secundum sufficiens, oporteret eum expectare quousque vacaret aliquod beneficium insufficienti ad hoc, ut possit illud retinere cum primo, & ita posset contingere, ut per multos annos remaneret cum primo beneficio sine sufficienti sustentatione, prout accideret si per multum temporis non contingeret vacatio aliquis beneficii, nisi sufficientis: non enim illud posset obtinere abque eo, quod per affectuionem pacificam secundi incidere in penam privationis primi. Ad quod fortè animadvertentes Patres Concilii simpliciter voluerunt, ut habenti unum beneficium, quod non sufficeret ad congruam sustentationem posset conferri secundum sufficiens, nulla habita distinctione, an esset sufficiens per se solum, vel una cum primo. Quæ ratio non viget in eo, qui certus est de sua congrua sustentatione; & ideo non potest appetere secundum sine vitio ambitionis, vel avaritiæ. Insuper ponamus juxta consuetudinem loci, & conditionem personæ, congruam sustentationem esse ducatorum centum: si talis persona haberet beneficium ducatorum quinquaginta, abque dubio posset obtinere aliud beneficium ducatorum octoginta, cum neutrum per se consideratum sit sufficiens, neque hoc casu per affectuionem pacificam secundi perderet primum; alioquin remaneret sine congrua sustentatione contra mentem Concilii, & hoc planum. Si vero talis haberet beneficium ducatorum viginti, non posset obtinere aliud beneficium ducatorum centum, admittit opinione illa; quod habenti unum insufficientem non possit conferri secundum, quod per se solum sufficit. Atque ita talis ex Concil. possit autoritate ordinaria habere duo beneficia simplicia valoris centum, & triginta ducatorum, ut in primo casu: & tamen habere non possit ex Concil. duo beneficia simplicia valoris ducatorum centum, & viginti, ut in secundo casu. Dicamus ergò indistinctè habenti unum beneficium insufficientem posse aliud conferri ab Ordinario, sive secundum sit per se sufficiens, sive non, arg. c. Majorer, §. C. ceterum inf. de Bapt. Ecclesiæ contulerit, in collatio secundi Canoniciatus sit irrita, necne.

59 Ultimo Quæro, Si habenti in eadem Ecclesia Canoniciatus, & officium, quæ ex fundatione compatibilia sint, Episcopus Canoniciatus alterius Ecclesiæ.

60 Tertius in cap. Singula 89. dist. statuit singula beneficia esse singulis conferenda, & plerisque in locis improbat pluralitatem beneficiorum, ut hic, & in c. 1. per totam 2. c. qu. 1. in c. Quia in tantum, & c. Ad hæc supra eodem, & infra in c. Super inordinata cum multis similib. sed non deciditur, an collatio terti sit ipso jure nulla, necne, quemadmodum nullo jure irrita decernitur collatio secundi beneficii incompatibilis. Nam aut Concilium Lateranen. provixit habebat optionem alterutrum retinendi; c. Responde, & c. Præterea supra eodem. Ex Concilio Lateranen. relato in c. Omnia nonnulli, de Cleric. non resid. debebat privari secundo post Concil. Lat. vacabat primum ipso jure, ex c. De multa infra rod. At postea per Extravag. Execrabili, tenebatur primum verbo, & factio in manibus Ordinarii illicito dimittere; alioquin vacabat utrumque & provixus inhabilis efficiebatur ad Ordines, & be-

neficiis, ut ibi in §. Qui vero, prout hæc quatuor tempora distinctè recenset Cardin. conf. 3. circa elucidationem num. 4. & in d. c. Responde, & Abb. in d. c. Omnia nonnulli, Decretum Concil. Trid. c. 77. sess. 24. disponit ut ab Ordinario secundum beneficium eidem conferri possit, si primum non sit sufficiens, sed terti collationem non irritat; Decretum verb. c. 4. sess. 7. similiter non agit de nullitate collationis, sed solum de pena illorum, quia plura beneficia incompatibilia recipere, & simul retinere præsumperint. Solut text. in c. Ordinarii, §. In conferendis, de offic. Ordinari. lib. 6. decernit irritam collationem terti beneficii. Quomobrem solutio præsentis questionis pendebit ab inspectione, an d. §. In conferendis, quo irrita decernatur collatio terti beneficii incompatibilis, habeat locum in tertio beneficio, quod quamvis non esset incompatible de jure communi; tamen effectum est postea incompatible per supervenientem in Concilio dispositionem, sive ratione serviti juxta c. 17. sess. 54. sive ratione numeri, & in c. 17. ejusdem sess. Concilium prohibeat autoritate ordinaria conferri posse tertium beneficium obtinenti duo etiam insufficientia. Præmittendum est primo d. §. In conferendis, quidquid fecerint ibi Joan. Monach. sub n. 1. in fin. & Rebuff. in præxi tit. de dispensat. ratione astis, in verb. Quoad vixerit, ex identitate rationis procedere in omnibus beneficiis incompatibilibus de jure communi, licet loquatur in specie de obtinente duas dignitates, vel perfonatus: sive Ecclesiæ curam animarum habentes. Atque ita ex eo textu colligunt Gemin. in princ. & Franc. in 2. not. ubi notant habentem plura beneficia incompatibilia etiam virtute dispensationis centeri in habentem ad aliud beneficium accedendum, Petrus de Anchar. conf. 59. in publicis n. 1. circa num. v. Bene ponderandum, Vital. in Clem. Si plures n. 12. ubi reddit rationem, & n. 46. de præben. & Paris. conf. 74. Gratia n. 39. & 40. vol. 4. Itaque ex dispositione illius textus habenti duo beneficia quovis modo incompatibilia de jure communi non potest conferri tertium, & si conferatur, collatio est ipso jure nulla.

Præmittendum secundo, Canoniciatus & officium, de quibus agit, esse compatibilia ex fundatione quoad hoc tantum, ut possint ab eodem recipi, & retineri abque dispensatione Apostolica; secus autem respectu terti beneficii, quia lex fundationis non suffulit nisi primam speciem incompatibilitatis respectu serviti vel residentis; aliam vero speciem respectu numeri reliquit dispositioni Juris communis sui vigore, cum hæc duo Beneficia non sint invicem unita juxta caput super eo de præben. lib. 6. faciunt numerum 66 respectu terti & pariter incompatibilitatem à Jure inducunt, ut probatur ex doctrina Mart. relat. per Card. in Clem. si plures in 3. oppo. verbo quod voluit hic de præben. ubi ait: duo Beneficia incompatibilia habentur quidem loco unius, quoad hoc ut simul possint retinere contra Jus commune vigore dispensationis; sed comparando ista duo simul respectu terti: nihil operatur dispensatio; & consentiunt Gemin. & Francus, ut dictum est supra num. 64. est ergò locus Juri communi: unde & lex fundationis hoc casu tantum operatur, ut Canoniciatus & Officium: quæ aliis incompatibilia sunt, simul legitime retineri possint; sed non propterea tollit incompatibilitatem à Jure provenientem quoad alios effectus; quia cum sit contra Jus commune, est stricte interpretanda; & ut minus faveat Beneficiorum pluralitati quam fieri possit ut per Specul. tit. de dispensat. vers. Dicendum restat sub num. 20. vers. Præsertim cum indulgentia. Gemin. in cap. si cui conceditur col. 2. vers. Nec obstat de præben. lib. 6.

His præmissis, ad questionem breviter videtur respondendum: collationem secundi Canoniciatus esse ipso jure nullam, veluti factam habenti duo Beneficia incompatibilia per textum in d. c. Ordinarii, §. In conferendis de Offic. Ordinari. lib. 6. live enim Canoniciatus sit incompatibilis cum Officio de Jure communi; sive ex Decreto, c. 12. sess. 24. sive c. 17. ejusdem sess. ille textus vendicat tibi locum in quacumque specie incompatibilitatis, ut initio prohibivimus num. 64. in qua quidem incompatibilitate, quod attinet ad rem præsentem: nulla est habenda ratio fundationis, quia hæc nihil operatur respectu affectuionis terti; sed tantum respectu retentionis Canoniciatus & Officii, ut similiter patet ex Doctrina Cardinalis proxime relati.

Neque obstat quod d. §. In conferendis loquatur de incompatibilibus de Jure communi; non autem de hac nova specie incompatibilitatis à Concilio introducta respectu residentis vel numeri, quò quòd de hac Jus commune non cogitaverit; & quòd propterea jura de incompatibilitate loquentia ad hanc speciem non extendantur, ut in specie consultius Anchar. conf. 59. in publicis per tot.

Nam responderetur Ancharum fuisse consultius, an per collationem terti incompatibilis vigore statuti vacarent duo prima incompatibilia ipso jure per Clem. si plures de præben. & respondit non vacare, quia Jura inducentia vacatione a primi per adaptionem secundi incompatibilis; cum sint

penalis & correctoria Juris communis antiqui, non extendantur ad casum novum & improvisum de quo antiqua Jura non cogitant. At in casu præsentis non est questio an obtinens tertium incompatible, sit privatus ipso Jure Beneficiis antea obtentis; sed an obtinens duo incompatibilia, sit habilis ad tertium simile; atque ita in casu Anchar. tractatur de Jure quaesito amittendo; hic vero inhabilitate ad jus quaerendum, inter quæ Anchar. esse ibidem sub num. 5. expresse differentiam constituit ait, difficilius tolli jus in re quam jus ad rem; nec esse bonam consequentiam. Facio actum incompatibilem juri meo: ergò videor rei renuntiare; illud enim non est verum in jure quaesito, sed in jure quaerendo.

69 Rursus in casu Anchar. erat questio, an Jura antiqua de incompatibilitate loquentia extenderentur ad Beneficia incompatibilia ex statuto particulari in materia penali & correctoria Juris communis antiqui; at in casu præsentis quaeritur an jus antiquum disponens de incompatibilitate, habeat locum in Beneficiis incompatibilibus ex Generali Concilio in materia favorabili; & secundum Jus commune quod ubique improbat Beneficiorum pluralitatem & præter in cap. 1. de consuet. lib. 6. ubi omnes notant. Quomobrem, non mirum si dispositio d. §. In conferendis, procedat etiam in obtinente tertium incompatible ex Concilio. Atque ita post Concilium: quamvis obiter animadvertit Nicolaus Garz. in tractatu de Benef. parte undecimâ primâ numero 298. quidquid scripserit Navar. conf. 10. de præben.

His accedit quod Decretum cap. 4. sess. 7. ampliat dispensationem, cap. de multa infra eodem; & Jura omnia de incompatibilitate loquentia quamcumque speciem incompatibilitatis. Iteque Sacra Congregatio sepius respondit per adaptionem possessionis secundi Beneficii etiam insufficientia, vacare primum sufficiens ipso jure ex d. c. 4. & similiter vacare primum Canoniciatus, adepti pacificâ possessione secundi. Unde quemadmodum jura de incompatibilitate loquentia extenduntur à Concilio ad omnem speciem incompatibilitatis ad effectum inducendi vacationem propter omnium retentionem: ita dispositio d. §. In conferendis, debet censeri ampliata à Concilio ad novam incompatibilitatis speciem ad effectum irritandi collationem terti Beneficii; idque ex majoritate rationis, cum in primo

casu quo inducitur privatio, tollatur jus quaeritum; in secundo fiat inhabilitatio ad jus quaerendum & occurrit pluralitati Sacris Canonibus inimica, ut per A. char. in d. conf. 59. num. 5.

Potremò, videtur irrita collatio terti Beneficii etiam ex Decreto d. c. 17. sess. 24. quòd dum tribuit facultatem Ordinarii duo Beneficia ad summum conferendi: necessariò prohibet collationem terti & tacitè irritat si quid fecus factum fuerit, quia lex præsertim lata in Concilio Generali, quamvis simpliciter prohibeat: semper tamen intelligitur habere clausulam derogatiam & annullativam actus, ut notat Baldus per illum textum in lege: Non dubium in quarto notat. & Jason. post alios num. 17. cod. de Legibus.

Nec obstat quòd Concilium ibi similiter prohibeat collationem secundi, quòd primum est sufficiens; & tamen Sacra Congregatio sepius declaraverit collat. omnium secundi non esse irritam. Nam responderit idè obtinenti unum posse conferri secundum, quia unum obtinere non est contra Jus commune; idèque illud d. habens non censetur inhabilis ad aliud Beneficium etiam incompatible assequendum; & in hoc Concilio recipit declarationem à Jure communi; ita ut quamvis simpliciter prohibeat collationem secundi, hoc tamen intelligi debeat ad effectum utrumque rei endi, ut olim interpretata est Sacra Congregatio. At vero obtinere duo, est contra Jus commune; idèque plura obtinens tanquam transgressor Canonum, non est habilis ad aliud obtinendum abque dispensatione Pontificis; & ita in propriis terminis hanc rationem differentia assignat glossa in d. c. Ordinarii, §. In conferendis de Offic. Ordinari. lib. 6. atque hanc Sententiam passim fecit est Sacra Congregatio. Nam sepius in casibus contingentibus respondit, Episcopum habenti unum simplex Beneficium quod non sufficit ad ejus sustentationem: posse aliud simile conferre; sed non posse ultra duo abque dispensatione Sedis Apostolicæ: etiam si omnia simul ad illius sustentationem non sufficiant. Quod multò magis videtur habere locum hoc casu in quo adest incompatibilitas: non solum respectu numeri; sed etiam respectu serviti, cum tam Officium quam duo Canoniciatus personalem residentiam requirant ad præscriptum, c. 12. sess. 24.



# DE PRÆBENDIS

## ET DIGNITATIBUS

Idem Innocentius III. Archiepiscopo & Archidiacono Senonen.

### CAPUT XIX.

Dilectus filius T. Canonicus Linconienn. proposuit, quod cum de mandato C. Papæ prædecessoris nostri Linconienn. Episcopus quamdam Præbendam assignavit eidem in Ecclesia Linconienn. quia Capitulum ipsum ad eamdem recipere contemnebat: & infra. Ad instantiam Rhemenn. Archiepiscopi, tunc Episcopi Prænestinn. Apostolicæ Sedis legati, & autoritate ipsius, talis inter eam & Episcopum & Canonicos Linconienn. compositio intercessit: quod ipso ab eis recepto in Canonicius, & concessio sibi stalli in Choro, & participatione qualibet divinarum, idem fructus præbendæ percipere non deberet, nisi loco proximo vacaturæ: & infra. Cum ergò dictum T. in Canonicius recipi, Canon. non abviet inlittur, & vacaturam expectare præbendam Latera. Conc. non sit dubium obviare: Nos factò ejusdem Legati illicito reprobato, quod est licitum approbantes; quia videtur indignum, ut receptus in Canonicius præbendæ beneficio defraudetur; Mandamus, quatenus dictos Episcopum & Canonicos, ut ei præbendam (cum se facultas obtulerit) non differant assignare, appellatione postposita compellatis: Facientes eidem portiones quotidianas, quæ sunt in Ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

et in foro animæ; non autem quoad incurrandam penam privationis in foro iudiciali: nam hodie cum secundum beneficium simplex incompatibilis cum primo sufficienti ex dict. cap. 17. sequitur ut obtineat secundum, pendat primum ipso iure & per retentionem abortum licet privati utroque ex dict. cap. 4. quod extendit penam. De multa, ad beneficia qualitercumque incompatibilia, ut plene scripsi in præd. Decretal. in 1. not. num. 3. Atque ita prohibetur incompatibilitas non solum in foro animæ & quoad peccatum ut patet in d. c. 17. ibi, *scilicet non Deum desipientes* quod Cardin. fatetur, sed etiam in foro externo & quoad penam, quod Card. negat.

Quibus ita constitutis, iungendo iur. commune cum decretis Concilii & declarationibus sacre Congregationis, cum quaeritur an plura beneficia fiat hodie incompatibilia; pro solutione questionis sic distinguitur. Aut quaeritur de beneficiis personalium residentiam requirentibus, aut de aliis beneficiis talem residentiam non requirunt. Primo casu concluditur plura beneficia esse incompatibilia tam de iure communi ex unanimitate DD. sententia, ut dictum est sup. in septima opinione quam ex Conc. Trid. in d. c. 17. five huiusmodi residentiam requirant ratione curarum animarum, five ratione servitii. 39

Qua de re multæ declarationes fuerunt editæ à S. Congreg. Et primo ratione residentie propter curam animarum incompatibiles sunt duo Parochiales. Item Parochialis cum Baptismali & similiter beneficium cui iungendum sit onus coadiuvandi in cura animarum. Item ibi, qui habet Restoratorem, 40 curam exercet per Vicarium amovibilem, potest Parochialem obtinere; Si quidem amovibilitas indicat curam residere penes Rectorem, secus si cura exerceri solita esset per Vicarium perpetuum, ita ut eo renante Rector curam non possit exercere. Et cum fuisset quæritum, an casu quo cura unita est alicui Ecclesie ex altera dependenti, ita ut ei per Vicarium perpetuum deservitur, iuxta terminos c. *Extirpanda*, §. *Qui vero de præd.* retulit ratione curarum animarum incompatibiles talem Ecclesiam cum alia parochiali; responsum est negative, ut etiam per gloss. in c. *Sanctæ*, de *erat.* & *qualitas*, in verb. *Pendat*. Ratio residentie propter servitium ex Concilio infertur incompatibilitatis non solum in Parochialibus & Curatis sed etiam in beneficio Curato & Canonicali & in pluribus Canonicebus tam Cathedralium quam Collegiarum Ecclesiarum, cum personalium residentiam requirant propter servitium ut in c. 12. sess. 24. licet de iure communi hoc esset controversum, ut patet ex opinionibus supra relatis, tam ex Congregatione incompatibilitatis est præbenda Theologali erecta per unionem aliorum simplicium beneficiorum cum Parochiali vel Canonicali. Itemque dicendum de pluribus Monasteriis, seu Capellanis servitium personale, seu residentiam requirentibus propter Divini Officii celebrationem. Veritatem ex Congregatione servitium Ecclesie recipiente, pro quo non levatur Bulla nec ulla sit institutio, iure confirmatio, sed Presbiter tenentur solum ad Missas & Horas Canonicas desce & præmonitionis participant pro rata servitii circumscriptionis statuti, non est incompatibilis cum Parochiali vel Canonicali pluribus uti pluribus, habente onus celebrandi ternis hebdomadis iisdemque illam obtinens, ubi satisfecit dictis oneribus Missarum, potest interservire dictæ Ecclesie recipiente.

Secundo casu, id est cum beneficia personalium residentiam non requirunt; eo quod ius commune inducens residentiam in omnibus beneficiis secundum ea que leguntur & notantur in c. *Congruente* supra de *Clericis*, 103. *residentibus*, a rogatum fuerit ex generali consuetudine, ut notatum est supra in prima opinione 7. 17. iterum sic distinguitur. Aut primum beneficium est sufficienti ad congruam sustentationem Beneficiarii, & non potest haberi secundum ea d. c. 17. sess. 24. etiam si secundum sit insufficienti, quia Concilium permittit, ut possit conferri secundum in eo tantum casu in quo primum ad sustentationem non sufficit. Collatio tamen vacat primum ipso iure & per retentionem secundum cum primo vacat utroque ex c. 4. sess. 7. Quod amplius dispositionem, c. *De multa infra eod.* ad beneficia quomodolibet incompatibilia ratione sufficientie, de quo latius dicitur infra in 3. q. Aut primum est insufficienti & potest conferri secundum etiam si solum per se sufficiat ut fuit iterum d. c. 17. ibi *aliud simplex sufficienti*, non enim dicit sufficienti nisi cum primo, sed simpliciter sufficienti, quod tamen factus infra examinabitur in quarta questione. Sed ultra duo haberi non possunt ab Ordinario, licet omnia simul sint insufficientia ut scripsit S. Congreg. ead. tit. d. c. 17. sess. 24. n. 70. An autem collatio terti sit nulla, necne fuisse videbitur infra in ult. quæst. Ex hoc intelligitur de beneficiis in diversis Ecclesiis; nam si in eadem Ecclesia existant, erit aliter distinguendum, ut dicam in quæst. sequenti.

2. Quæro, an Episcopus super pluralitate Præbendarum vel beneficiorum simplicium possit dispensare.

De iure communi articulus est satis dubius: communiter

et in foro animæ; non autem quoad incurrandam penam privationis in foro iudiciali: nam hodie cum secundum beneficium simplex incompatibilis cum primo sufficienti ex dict. cap. 17. sequitur ut obtineat secundum, pendat primum ipso iure & per retentionem abortum licet privati utroque ex dict. cap. 4. quod extendit penam. De multa, ad beneficia qualitercumque incompatibilia, ut plene scripsi in præd. Decretal. in 1. not. num. 3. Atque ita prohibetur incompatibilitas non solum in foro animæ & quoad peccatum ut patet in d. c. 17. ibi, *scilicet non Deum desipientes* quod Cardin. fatetur, sed etiam in foro externo & quoad penam, quod Card. negat.

Quibus ita constitutis, iungendo iur. commune cum decretis Concilii & declarationibus sacre Congregationis, cum quaeritur an plura beneficia fiat hodie incompatibilia; pro solutione questionis sic distinguitur. Aut quaeritur de beneficiis personalium residentiam requirentibus, aut de aliis beneficiis talem residentiam non requirunt. Primo casu concluditur plura beneficia esse incompatibilia tam de iure communi ex unanimitate DD. sententia, ut dictum est sup. in septima opinione quam ex Conc. Trid. in d. c. 17. five huiusmodi residentiam requirant ratione curarum animarum, five ratione servitii. 39

